UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Confitendi Ratio Doctoris Martini Lvtheri Avgvstiniani Vvittenbergensis

Luther, Martin

Vuittenberg[a]e, 1520

VD16 L 4238

Septimvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33377

Visual Library

doctũ arrogantia & faſtuoſiſſimũ phariſeorꝝ ſuperciliũ) voluĩt, nec interim vidẽt, ſi id hõi eſſet prꝯſtandũ, tota vita nihil aliud oporteret fieri, q̃ confiteri, atq; etiam ipſam confeſſionẽ alia cõfeſſione cõfiteri, timendo culpam, vbi culpa non eſt, cũ & bona opera, non vacent culpa, & Iob veretur om̃ia opera ſua.

❡ SEPTIMVM.

¶ Igitur alius id explicet, hoc ego contentus ſum, quod non oĩa peccata cordis ſunt confitenda, ſi aũt aliqua ſunt confitenda, ea tm̃ aſſero, q̃ ipſe manifeſte ſcit ſeſe cõtra diuina mãdata in corde ſtatuiſſe. Hoc eſt nõ ſimplices cogitationes, de virgine aut muliere aut ecõtra mulieris de adoleſcente, Nec ipſas affectiones nec ardorẽ libidinis mutuũ, ſeu inclinatiões ad ſexum, alterũ quantũlibet fœdũ. Addo, nec paſſiones taliũ, ſunt em̃ hꝯ cogitationes, frequentius paſſiões a carne, mũdo, diabolo ue ſuſcitatꝯ. quas anima fere cogitur inuita, aliquãdo ꝑ multam morã imo q̃nq; tota die vel hebdomada, ſicut Paulꝰ Apl'us confitetur de ſuo ſtimulo. Ratio horꝝ eſt, quia propoſitũ ſuper illis vitandis eſt impoſſibile & vanũ & mendax, & inclinationes & affectiones mutuꝯ ſexuũ, non ceſſant, data occaſione, Deinde diabolus non quieſcit, & natura noſtra tota eſt peccatũ. Sed illi, qui ſine peccato volunt eſſe & hominem ſanũ credunt, hi nobis has cruces ſtatuũt, vt non ceſſemus (ſacerdoti etiã) confiteri, quꝯcũq; vel modico nos titillant tm̃modo. Igitur, ſi oportet confiteri omnino hꝯc occulta cordis, tm̃ ea, quꝯ pleni ſunt cõſenſus in opus confiteantur, qualia in ĩs, qui cupiunt pie viuere, vel raro vel nunq̃ contingunt, etiã ſi aſſidue affectionibus & paſſionibus talibus vexentur.

❡ OCTAVVM.

¶ Huc pertinet Theologorꝝ quorũdam audaciſſimorꝝ genus, nati ad ipſum, vt vero dei timore in cordibus hominũ extincto, falſis terroribus totũ orbem cõcutiant, vt de illis Chriſtus dixiſſe poſſit videri, Terrores de cœlo commemorans, hi ſunt, qui aggreſſi ſunt nobis diſcernere peccatũ mortale & veniale, ſcz vt vbi audierint homines eſſe aliqd' peccatũ veniale, ſecuri ſint, & dei timorẽ (ac ſi veniale ipſe nihili pendat) penitꝰ,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN